Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Post hunc xp̄c perfectum baptizauit baptismum. hoc est in sp̄u sc̄o. & igne. Tria & enim sunt genera baptismi. Primum quo sordes peccatorum abluuntur per lauacrū. Secdm̄ quo quis sanguine suo per martyrium baptizatur. Tercium lacrimarum quibus dauid. & ninuite misericordiam consecuti sunt. Denique in baptismo vii. gradus sunt. Tres in descensu. propter tria que renuntiamus. Tres alii in ascensu. propter tria que confitemur. Septimus uero qui quartus similis filio hominis extinguens fornacem ignis. Sine lumine est cereus neophitorum usque ad tempus quo ceteri cerei ecclē illuminantur. & neophitorum. Post quā sp̄c sc̄s purgabit corda neophitorum. & eos introduxerit in societatem. & unitatem ecclesie. tunc illuminabit corda eorum. Sicut enī in sua persona habet ut sit communicatio patris. & filii. ita habet in oratione. ut coniungat scam̄ ecclesiam. & continet in unitate. Solemus differre officium illuminandorum cereorum usque ad officium missē. siue propter hanc causam. ut prius accipiant neophiti impositionem manus episcopi. & sic eos credamus illuminari sp̄u sc̄o. seu propter noctem in qua celebramus missam. ut sicut gloria resurrectionis illustrata est. ita illustretur lumine nr̄orum cereorum.

Descriptio Scruti

Scrutinium a scrutando dicitur. quia ante baptismum fidem catecumini scrutari oportet. Catecuminus .i. accedens ad fidem. uel ad baptismum. ut renuntiet maligno spiritui. & omnibus operibus eius & pompis. Est aut̄ grecum latine interpretatum audiens. siue petens. uel instructus. qui exsufflatur. ut iam effugato diabolo xp̄o dn̄o preparetur introitus. Catecumino primum sal datur. sal enim id est sapientia a catecuminis percipitur. quia xp̄m dī uirtutem. & dī sapientiam audiendo degustant. Exorzizatus id est coniuratus ut exeat. & recedat malignus sp̄c. dans locum dō uiuo & uero. Catecuminus accipit sal. ut putrida & fluxa eius peccata sapientie

79